



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Cantori De Blakerna, Præposito sancti Sepulchri, & magistro P. Canonico
sancti Pauli Constantinopolitani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

Canonicus nobis humiliter supplicavit ut ei, qui ad sedem apostolicam veniendo, pro negotiis vestris & totius cleri Constantinopolitani expediens plurimum laboravit, pro proventibus ejusdem Ecclesia perceptis a vobis, quos ipse, si præsens fuisset in vestra Ecclesia, percepisset, satisficeri faceremus eidem. Cum igitur idem A. inde dispendium pati non debeat unde præmium dinoscitur meruisse, universitatem vestram rogandam duximus & monendum, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus eidem Canonicus de prænentibus sibi subtrahitis, donec pro communibus negotiis absens fuit, taliter providere curetis quod ipse propter hoc vobis & Ecclesia vestra magis obnoxius tenetur, & nos debeamus devotionem vestram exinde non immerito commendare. Datum Laterani x v. Kal. Maij, anno undecimo.

*CARISSIMO IN CHRISTO
filio Henrico illustri Constantinopolitano
Imperatori.*

*Epiſt. 51.
Inducitur ut
bona Ecclesiæ
S. Anastasii
ablata restituatur.*

Audientiam nostram dilecto filio nostro Alufo Canonicu Ecclesiæ sanctæ Anastasii Constantinopolitanae significante pervenit quod eadem Ecclesia, que antequam Constantinopolitana civitas caperetur post majorem Ecclesiam locum præcipuum obtinebat, gravatur maxima paupertate, bonis ipsis distractis multipliciter & consumptis. Insuper inclita recordationis Baduinus Imperator germanus tuus, cuius successor existis, casalia cum pertinuerint suis, possessiones, & res alias quæ ad Ecclesiam pertinebant prædictam contra justitiam occupavit & detinuit occupata, que in anima tue periculum reddere contradicis. Quia vero quanto magis gressus tui a Domino prosperantur, tanto minus esse debes Ecclesiæ onerosus, serenitatem tuam rogamus & monemus attentiū quatenus si est ita, bona eandem Ecclesiæ ipsi ob reverentiam apostolicae sedis & nostram restituens, ab ejus super hoc molestatione indebita conquecas. Datum Laterani x v. Kal. Maij, anno undecimo.

*CANTORI DE BLAKERNA,
Preposito sancti Sepulchri, & magistro
P. Canonicu sancti Pauli Constantinopolitani.*

*Epiſt. 52.
Eis committit
causa T. Capellani de
Bucca Leonis.*

Insimonibus T. Capellano Ecclesiæ de Buca Leonis & quibusdam aliis Clericis Constantinopolitanis nos noveritis acceperisse quod H. de Atrebato & quidam

alii Clerici Constantinopolitaniani proveniunt quarundam rerum quæ in sortem Clericorum ipsorum cessisse noscuntur percipiunt & dividunt pro sua arbitrio voluntatis, illis qui super hoc deberent de jure requiri penitus inconsultis, & eisdem, licet saepius requisiti, debitam nolunt reddere portionem. Quocirca discretiori vestra per apostolica scripta mandamus quatenus vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit appellatione postposita statuatis, facientes &c. Testes autem &c. Quod si non omnes, duo vestrum &c. Datum Laterani x v. Kal. Maij, anno undecimo.

*LECTO NICODEMIENSI,
& Preposito sancti Sepulchri & Priori
Pisanorum Constantinopolitanis.*

Innotuit nobis, conquerentibus dilectis filiis A. & D. clericis apud Constantinopolim constitutis, quod Decanus sanctæ Sophie ac quidam alij Constantinopolitaniani quandam mulam & res alias pertinentes ad ipsos contra justitiam detinent & reddere contradicunt, super blado & rebus aliis injuriantes eisdem. Ideoque discretiori vestra per apostolica scripta mandamus quatenus vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit appellatione postposita statuatis, facientes &c. Testes autem &c. Quod si non omnes, duo &c. Datum ut in alia.

*SANCTÆ SOPHIAE ET SANCTÆ
Anastasii Decanis, & Cantori de Blakerna.*

Onquesti sunt nobis dilecti filii Ernuli Canonicus de Blakerna & alij clericis apud Constantinopolim consti-tuti quod venerabilis frater noster Salimbiensis eis super quibusdam terris, vienies, pratis & rebus aliis damna gravia & injurias inferte non cessat. Ideoque discretiori vestra per apostolica scripta mandamus quatenus partibus convocatis audiatis, cauam, & appellatione remota fine debito terminatis, facientes &c. Testes autem &c. Quod si non omnes &c. Datum ut in alia.

*DILECTO FILIO MELDENSI
Elefto.*

Ilecta in Christo filia moniales Iohannis monasterij humili nobis insinuationem monstrarunt quod idem ecclesiasticum propter dilatationem benedictionis locens, electæ ipsius tam in spiritualibus quam temporalibus non modica sustinuit detri-menta.

*Epiſt. 54.
Committit
causa A.
nulfi Canoni-
ci de Blakerna.*

*Epiſt. 55.
Eis committit
causa A.
nulfi Canoni-
ci de Blakerna.*

*Epiſt. 56.
Ut impedit
benedictionem
A. Abbatella
Vide appendi-
xem kofus lati-*